

mina, quot sacrilegia, quot diabolica sacrilegia!
 27 Non esset tamen culpandus peccati saltem mortalis, qui sine ulla superstitione, & sortilegio, sed ex mera curiositate pergeret ad locum thesauri absconditi sibi in somniis manifestati, ibique terram effoderet, quia videtur id tantum esse actus levitatis, & vanitatis; Sic Henno tom. 1. tractat. in Decalogum disp. 1. quest. 4. art. 5. concl. 4. La Croix lib. 3. part. 1. tract. 1. cap. 1. dub. 2. num. 10. Tamburinus lib. 2. cap. 6. §. 1. n. 22. ubi, ut etiam ex ipso refert La Croix loc. cit. dicit, hominem in somno sepius admonitum, ut certo loco terram effoderet, si que reperiret ollam auro plenam, non peccasse graviter, quamvis deceptus sit, & inveniit ollam plenam nigris carbonibus.
 28 Item non esset condemnandus peccati mortalis, qui dubitans, num thesaurus fuerit sibi manifestatus per defunctum apparentem, an per somnium, terram effodit, ut rei veritatem detegat; nulla tamen fide somniis adhibita. Sic expresse Henno loc. cit. & alii. Nec si esset culpandus, qui nulla adhibita fide, vel habita superstitione terram foderet ad inveniendum thesaurum ibi sibi à demone indicatum, quia non videtur peccaminosum uti scientia à demone accepta, ubi saltem non fuit ab eo explicite, aut implicite petita, nec ullus intercessit ad eum recursus. Sic expresse Henno l. c. Lessius in Auth. verb. Magia cap. 6. La Croix loc. cit. dub. 3. num. 25. & alii.
 30 Similiter non est mortale observare somnia, quando quis non omnino credit rem in somnio sibi ostensam esse veram, seu futuram, sed tantum propter tale somnium aliquod de se non malum operatur, ut evitet mala sibi in somnio minata. Sic Suarez de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 2. cap. 13. num. 25. La Croix l. c. dub. 2. num. 10. Tamburinus l. c. & alii. Et ratio est, quia licet ibi sit aliqua levitas, vel simplicitas, aut nimia timiditas, tamen non apparet gravis malitia, quia, ut expresse dicit La Croix loc. cit. non tam credit illud esse à Deo, aut ideò esse verum, quam posse aliunde esse verum.
 31 Cavendum tamen semper est, ne firma præstetur similibus somniis fides: Imò generaliter loquendo nulla est ipsorum fides; & observatio præstanda, ex Levit. c. 19. Deuteronom. cap. 18. Isaia cap. 47. Ecclesiast. cap. 34. & ex dictis suprà num. 19. 21. 23. & 24. Unde monet Ecclesiastes cap. 5. num. 6. quod ubi sunt somnia, plurime sunt vanitates, & sermones innumeri, tu vera Deum time, & Ecclesiasticus cap. 34. num. 1. & sequitur quod Somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit ad visam mendaciam: & ibidem num. 7. subjungit, quod multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Quod & revera docet experientia, nam eos, qui curiose ad somnia attenderunt, somniorum interpretatio subsequuta in gravissimas calamitates, & in interitum præcipites egit, ut Agamemnonem Homerum, Cyrum Persarum Regem, Xersem, Onomarcum, Antigonum, & Pompejum, teste Delrio l. c. post conclusionem quintam vers. Discernere in fine. Nec desunt, & utinam deessent, recentiora exempla eorum, qui bona temporalia, corpus, & animam ex nimia superstitione, ac sacrilegia somniorum observantia misere perdididerunt.
 Vide verb. Pontius Pilatus, ubi de somnio ab ejus uxore habito nocte Passionis D. N. J. C.

SOMNUS.

SUMMARIUM.

- 1 Somnus quid sit.
- 2 Somnus quomodo causetur.
- 3 Cibi, qui plurimum vaporem sursum efferunt, somniferi appellantur, & qui pluribus abundant humoribus, procliviores sunt ad somnum.
- 4 Somnus alius diurnus, alius nocturnus.

- 5 Somnus diurnus alius antemeridianus, qui tolerabilis est, nec omnino noxius.
- 6 Et alius meridianus, seu pomeridianus, qui si sine debitis cautionibus capiatur, valetudini non parum nocet.
- 7 Afferuntur mala, quae gignere solet somnus pomeridianus sine debitis cautionibus captus.
- 8 Assignantur cautiones adhibendae in tali somno ad dicta mala evitanda.
- 9 Aptissimum tempus pro somno capiendū est nocturnum.
- 10 Arguuntur noctu vigilantes, & diu dormientes.
- 11 Somnus appellatur filius noctis.
- 12 Suavior, & sanior evadit somnus nocturnus, si cana hominis fuerit sobria.
- 13 Quamvis sanior sit somnus nocturnus, homines tamen noctu dediti studiis, & orationibus etiam diurnum somnum capere consueverunt exemplo ad id Jesu Christi.
- 14 Quoties horis sit somnus capiendus.
- 15 Somnus variis epitetis à Tertulliano laudatur.
- 16 Somnus à Paulo IV. Summo Pontifice vocabatur dominum Dei.
- 17 Afferuntur quidam versiculi de somno.
- 18 Solimanus Turcarum Tyrannus putavit se evitare perjurium occidendo dormientem Ibraimum, quem jurando promiserat non occisurum viventem.

SOMNUS, secundum Aristotelem lib. de somno, & vigilia, est ligamentum omnium sensuum ad animalis quietem, & salutem institutum. Obstruentibus enim vaporibus è ventriculo ascendentibus ad caput sensus communis aditum, iisdemque cerebri membrarum opplentibus, sique quasi ligatis internis, ac externis sensibus, anima & corpus sine ulla operatione quiescunt, donec consumptis dictis vaporibus ipsi interiores, & exteriores sensus soluti, pristinam suam operativam virtutem recuperent, se reassumant. Unde cibi illi, qui plurimum vaporem sursum efferunt somniferi appellantur, & Pblematici, alique abundantioribus repleti vaporibus, seu humoribus, uti & infantes, ad somnum procliviores redduntur. Sic ex Aristotele Beyerlinck Theatr. vitae humanae verb. Somnus §. Somnii causa efficiens:

Somnus quoad tempus ipsum sumendi alius est diurnus, & alius nocturnus. Diurnus rursus duplex est, alius antemeridianus, qui fit jeuno ventriculo, qui tolerabilis est, nec omnino noxius, cum tunc vacuo ventre, & materia exhalationum non suppetente, mala, seu morbi non obrepant. Alter meridianus, seu pomeridianus, qui si sine debitis cautionibus capiatur, valetudini non parum nocet. Unde apud Plautum in Monastell. Non bonus Somnus est de prandio, & Schola Salernit. Si vis vivere sanus, fuge somnum meridianum.

Somnus enim pomeridianus cibos in ventriculo non concoquit, sed corrumpit, ructus acidus, statusque parit, cerebrum multa crassa, mordacique humiditate, atque fuligine replet, unde gravedines, oscitationes, penduculationes, vertigines, cathartici, capitis dolores, anginae, apoplexia, incubus, epilepsia, paralysis, & alii morbi frigidi, atque mortiferi promanant. Nonnulli tamen certis cautionibus adhibitis mitiora, ac minime periculosa illa sibi efficiunt, primum consuetudine, & longo usu, deinde non protinus à cibo, neque capite demisso dormiendo. Præterea vel somno plenius indulgendo, vel parum longo utendo, postremò non subito, nec raptim, sed paulatim vigiliam revocando.

Sic ad literam Beyerlinck l. c. §. Tempus: Ubi subjungit, quod aptissimum somno tempus est nocturnum, propterea quod ipsum noctis silentium quietem advocat, & circumfusi aeris frigiditate innatus calor facilius sese colligit, & ad interiora revocat, cum somnus, ut Aristot. c. 3. l. de somno, & vig. asserit, antiperistasis quadam sit naturæ conveniens. Unde Seneca lib. 2. Epist. 123. eos reprehendit, qui, ut quidam in eadem Urbe Antipodas, noctes vigilant, dies dormiunt, quos appellat Sychonobior, id est, lucernarios, atque ejusmodi ho-

homines contrainaturam vivere. Quod factitasse Helio-gabalum Imperatorem testatur Lamprius in ejus vita. Hæc ille.
 11 Unde somnus appellatur filius noctis, & nos Somnidatrix à Poetis, teste Særa in suis Synonymis, & Beyerlinck l. c. §. Tempus: vers. Nec insecite: Et suavior, & sanior evadit nocturnus somnus, si cana hominis fuerit sobria, & parvus homo in eam, & potu, juxta illud Scholæ Salernitanæ: Ut sis nocte levis, sit tibi cana brevis, & habetur expresse ex Ecclesiastico cap. 31. num. 24. ibi: Somnus sanitatis in homine parca, dormiet usque mane, & anima illius cum ipso delectabitur.
 13 Quamvis autem sanior sit somnus nocturnus, homines tamen noctu dediti studiis, & orationibus, etiam diurnum, seu pomeridianum somnum capere consueverunt, uti solent Regulares utriusque sexus hora pomeridiana silentium indicare, & aliquantulum somni, ac quietis capessere, ad id habito exemplo à nostro Salvatore Jesu Christo, qui uti solitus noctu orare, quadam die naviculam suorum discipulorum ingressus ibi suavissimum somnum capiebat, à quo suscitatus ipsos à maritima procella salvavit, Mat. cap. 8. num. 24. & 25. ibi: Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat: & accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitaverunt eum dicentes: salva nos, perimus?
 14 Quoties autem horis sit somnus capiendus? Varii variant juxta variorum varias corporis dispositiones, & animi applicationes: Medici ad horas 6. 7. aut 8. constituunt, tale enim temporis intervallum sufficit concoctioni, & viribus nature reparandis. Clerici in suis speciebus verb. Somno num. 908. refert à suo satis docto, & erudito grammaticæ Magistro sic didicisse: Un bon Scolaire non deve dormire più di cinque ore, Un buon Predicatore non più di ore 6. Un buon Padre di Famiglia ore 7. Un gran poltrone ore 8. Ursaya in 2. miscell. Sacro, & profano lit. 8. num. 51. sic habet: Quattro, ò cinque all' Viandante, Altrettante al Mercatante, Cinque, ò sei allo Studente, sette ò otto ad altra gente. Tutte sonno al Vecchio buone, Nove ò dieci al Dormiglionne, ochi più, è un gran poltrone.

15 Somnus ex Tertulliano cap. 43. de Anim. est recreator corporum, reintegrator virium, probator valetudinum, peccator operum, medicus laborum, cui legitime fruendo dies cedit, nox legem fecit, auferens rerum etiam colorem. Ex quo forsam motus fel. rec. Paulus IV. dicere solebat, posse ut libet somnum capere non in hominis situ facultate, sed esse Dei donum. Indeque cum nocte aliqua obdormire non poterat, surgebat quidem è lecto, sed neminem excitabat, neque omnino alicui molestiam affererat, ne somno, quem Dei donum appellabat, quempiam privaret, ut per hæc præcisæ verba id advertit Ciac. in ejus vita §. Vita puritas: & Ursaya Inst. Crim. lib. 2. tit. 15. num. 195.
 17 Et idem Ursaya in 2. miscell. Sacro, & pro lit. S. num. 195. & seq. de somno, sic habet: Si somnus nihil est nisi mors, nil mors nisi somnus; Quo plus in vita dormio, vivo minus. Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? Longa quiescentia tempora fata dabunt. Unde Solimanus Turcarum Tyrannus, qui juraverat do promiserat nunquam velle occidere Ibraimum ejus primarium Ministrum viventem, die 15. Martii 1535. fecit illum occidere, quando dormiebat, asserens hoc modo juramentum non fregisse: Sic ex aliis refert ipse Ursaya in 2. Miscell. Sacro, & profano lit. 8. num. 50.

SORS.

SUMMARIUM.

- 1 Sors in genere varie accipitur.
- 2 Sors specialiori, & usitatori modo sumpta quid sit.

- 3 Hæc sors dividitur in divinariam, consultoriam, & divinatoriam.
- 4 Sors divinaria quid sit.
- 5 Sors consultoria quid sit.
- 6 Sors divinatoria quid sit.
- 7 Sortes divinatoria sunt omni jure illicitæ.
- 8 Sic est illicita versio cribri ad divinandum fure, homicidas, sagas, &c.
- 9 Sortes consultoria possunt esse circumstantiis esse licitæ, vel illicitæ, & assignatur quando tales sint.
- 10 Sanctus Augustinus, & Sanctus Pater meus Franciscus, alique Sancti sanctissime his sortibus consultoribus usi sunt.
- 11 Apud meam, variatque alias Religiones adest pius usus sortiendi singulis annis, & mensibus Sanctum Tutelarem.
- 12 Illicitæ sunt sortes à Gentilibus vocatæ Homicæ, seu Virgilianæ.
- 13 Item illicitæ sunt sortes à quibusdam Christianis vocatæ sortes Sanctorum.
- 14 Sortes divinatoria extra casum electionis ecclesiastica sunt licitæ, dummodo nihil superstitionis, aut injustitiæ contineant.
- 15 Hæc sortes divinatoria sunt in praxi apud omnes.
- 16 Per nullam sortem fieri possum electiones ecclesiastica.
- 17 Afferitur, & solvitur objectio de exemplo S. Matthiæ.
- 18 Jure merito fuerunt prohibitæ electiones ecclesiastica per sortem.
- 19 Immo neque per sortem lis dirimi potest, etiamsi duobus omnibus meritis, ac qualitatibus æqualibus votis electi ad beneficium ecclesiasticum ambo consentiant in sortem.
- 20 In tali discordia quid agendum.
- 21 Alia licet, & discordiæ in causis beneficalibus extra casum electionis, licet non possint per sortes dirimi propria, ac privata auctoritate partium, possum tamen per sortes dirimi interveniente Judicis auctoritate, ad num. 23.
- 24 Addit. ex aliena manu, ad fin.

SORS interdum sumitur promiscue pro fortuna, vel fato, juxta illud Virgilii lib. 3. Æneid. Hic exitus illum sorte tulit: Aliquando sumitur pro statu, juxta illud Psalm. 30. In manibus tuis sortes meæ. Sæpe sumitur pro prima, & capitali pecunia in societatem, seu contractum collata, juxta illud Terentii in Adelph. Heu mihi etiam de sorte nunc venio in dubium! quo sensus sors etiam accipitur in l. Acceptam 19. Cod. de usuris, c. Conquestus 8. de usuris. Specialiori autem, & usitatori modo sumitur pro eo, quod præcisio hoc finis agitur, ut ejus eventu spectato aliquid occultum, vel dubium innotescat, v.g. quid cuique debeat competere seu sors est inquisitio fortunæ, aut Divinæ Providentiæ de aliquo contingenti, humanoque eventu, vel signum datum, per quod distinguantur res confusæ ad invicem.

Porro hæc sors est triplicis generis, nempe divinaria, consultoria, & divinatoria, ut tradunt communiter Doctores cum S. Thoma 2. 2. q. 95. art. 8. Sors divinatoria est superstitionis inquisitio rerum occultarum, vel futurarum, quæ naturaliter sciri non possunt. Sors consultoria est inquisitio divini consilii circa res agendas, vel capiendas. Sors divinatoria est investigatio ex consensu partium, cui in dubio res aliqua tribuenda sit.
 Sortes divinatoria sunt illicitæ, & damnatæ à jure divino, canonico, & civili, Jure divino vetitæ, & damnatæ sunt Exodi cap. 22. Levitici cap. 19. & 20. Num. cap. 23. Deuteronom. cap. 18. & 1. Regum c. 123. Jure canonico prohibetæ sunt in c. Si de arca 10. cap. Licet 11. caus. 26. q. 2. cap. In tabulis 1. cap. Ex turum 2. de sortilegiis, & caus. 26. q. 5. per totum. Jure civili interdicitæ sunt in l. Artem 2. l. Nullus 3. l. Eorum 4. leg. Nemo 5. leg. Multi 5. leg. Et si 7. leg. Culpa 8. & leg. Quicumque 9. Cod. de Maleficiis, & Mathemat. Et quidem jure merito sunt sortes divinatoria damnatæ, utpote involventes tacitam, vel expressam demonis invocationem, quandoquidem nec ex

natura rei, nec ex Dei, aut Ecclesie ordinatione in- serviant rei manifestanda. Et huc reductor versio cribri, qua impii quidam homines tentant divina- re fures, homicidas, sagas, &c. & sic de simili- bus.

Sortes consultoriae possunt ex circumstantiis esse licitae, vel illicitae. Illicite sunt, si fiant sine gravi necessitate, sine debita reverentia ad Deum, & sine modo proportionato: Ubi enim sufficit consilium hu- manum, illicitum est exercitium sortis consultoriae pro habendo consilio divino, cum haec, & similia praes- tantur solum divinitus, quando non potest humanus provideri. Unde in tali casu omnis sors consultoria est irreverentia, & Dei tentatio, adeoque illicita. Licitae autem sunt sortes consultoriae, si fiant urgente neces- sitate cum debita reverentia, & precibus devote ad Deum fuis, & non fiant pro officiis, seu beneficiis ecclesiasticis: Tales enim sortes consultoriae per se primo non ordinantur ad cognoscenda futura contingentia, sed solum ad tollendas dubietates circa res agendas, vel ca- vendas, quae dubietates solo humano consilio decerni non possunt; unde licite in tali casu implorare quis potest Divinum consilium per sortes consultoriae, ut per eas dignetur Deus indicare quid sibi agendum sit, aut ca- vendum, juxta illud Proverb. 16. Sortes mittuntur in signum, sed ad Domino temperantur.

Et de facto religiosissime, & sanctissime secundum Deum his sortibus consultoriis usi sunt S. Augustinus, ut fatetur ipsemet lib. 8. Confes. c. 13. & Seraphicus meus Parens Sanctus Franciscus, ut scribit Sanctus Bonaven- tura in ejus vita cap. 13. ibi: "Amisum est ejus men- ti per Divinum oraculum, quod in aperatione li- bri Evangelicis aperiret ei a Christo quid Deo in ipso, & de ipso maxime foret acceptum. Oratione itaque cum multa devotione praemissa, sacrum Evangelio-

Locus, simulque pietas exigunt hic, Candide Lector, ut admoneamus omnes, quos divini honoris cura tenet, castigandos esse illos, quia ea, quae in longinquis terris fiunt, nullo inde nuntio accepto, vel ea, quae in secretis locis accidunt, nemine illa ipsis prodente, nuntiant: cum aliis tum principalibus jactant sese per Astro- nomiam illa cognoscere: tum à Cacodemonibus illa superstitiosissime (& utinam non haeretice) didicerint. Qua in re quis satis demiretur! quanta cum socordia, ne dicamus impudentia, Christianorum bona pars (quod sum- moperè dolendum est) & in eis summatum, & aliqui literarum cultorum, (à nostra absit Regione) cum mul- tis egrotantium centuriis errent! dum alii habent Cacodemones familiares, aut habere percipiunt, à quibus quae in longinquis partibus aliisque locis secretis fiunt, quam citissime addiscant, quorumcumque obsequiis ministerio multis in rebus utuntur. Alii verò quaerunt homunciones, etiam à christiana fide alienos, qui obsequio maligni spiritus se uti jactant, aut talem certè se Astronomiam callere mentiantur, quae sciant, & nover- rint quaedam in remotis, occultisve facta locis, quos cum invenerint aliis donant muneribus, digniores, ut cruen- tis donarentur verberibus. Alii se in specubus, & subterraneis, aliisque locis, altissimis docendos Cacodemoni- bus tradunt. Alii aegroti, & graviter vulnerati adorant carmina quaedam, quorum nulla est vis à natura, ne- que à Divino, Ecclesiasticove instituto. Alii (quorum nescitur an major sit culpa) cum sciant aliquos sibi subditos talia vel facere, vel curare: nullo tamen pietatis zelo in eos armanur, sed veluti conviventibus occultis Altissimi Domini dissimulant injurias.

Reges verò nostri Catholici sedulo considerantes quàm adversa, & perniciosa Republicae, populis, necnon ipsi Religioni Christianae talia essent, velata omnia generaliter abolere, proscribere, & extirpare funditus studuerunt: penam enim capitale in exercentes, perpetuam exterminii in receptores imposuerunt (1): successivisque homi- num aetatibus talis poena recommendata fuit à Regibus (2): habito pro constanti, sapientum cognitionem similitum superstitioem saltem haeresim, multis ab hinc temporibus ad Sanctum Tribunal pertinere.

(1) L. 3. tit. 23. p. 7. Acusar puede cada uno del pueblo delante del Judgetor á los agoreros, é á los sor- teros, é á los otros barataidores: é si les fuere probado por testigos, ó por conocencia dellos mismos, que facen, é obran contra nuestro defendimiento alguno de los yer- ros sobredichos, deben morir por ende. E los que los en- cubrieren en sus casas á sabiendas, deben ser echados de nuestra tierra por siempre: (2) L. 5. tit. 3. lib. 8. Porque los adivinos, y sorte- ros, y agoreros, y los que usan de Astrologia, y aquellos que los creen, deben ser reputados por hereges: manda- mos que sean punidos y castigados, segun se contiene en las leyes de las siete Partidas: L. 5. tit. 3. ejusd. Por- que muchos hombres en nuestros Reynos, no temiendo á Dios, ni guardando sus consciencias, usan muchas artes malas, que son defendidas y reprobadas por Nos, así como es catar en ageros y adivinanzas, y suertes, y otras muchas maneras de agorerias y de

tum librum de ipso altari sumptum in Sanctae Tri- nitatis nomine aperit fecit per socium virum utique Deo devotum, & sanctum; sane cum in trina libri aperi- tione semper passio Domini occurreret, intellexit Vir Deo plenus, quod sicut Christum fuerat inivit in actionibus vite, sic conformis ei esse deberet in afflic- tionibus & doloribus passionis, antequam ex mundo transiret. Et sic etiam plures alii Sancti apud citatos Auctores à Beyerlinch in Theat. vitae humanae verb. Sors §. Apud Christianos: Hinc apud meam, variasque alias Religiones invaluit pius usus sortiendi singulis an- nis, & singulis mensibus Sanctum Tutelarem, ut & consue- runt multae aliae seculares pie personae.

Sunt tamen illicitae sortes consultoriae à Gentilibus vocatae Homericae, seu Virgilianae, eo quia apud Home- ri, seu Virgillii Codicem, versus, qui primo visui occurrunt, assumebantur in oraculi omen: Livius lib. 22. multo magis à gentilibus, quibus illa magis

Item illicitae sunt sortes consultoriae à quibusdam Christianis vocatae sortes Sanctorum, eo quia ad libri sacri aperiionem, vel ad sacrae lectionis auditionem, putant aliqui ratiocinium captare ex sententia inibi occurrente. Tales enim consultoriae sortes saltem vitio vanitatis laborant, cum nullo Spiritus Sancti instinctu, nulla gravi necessitate cogente, nulla ratione sufficienti ad ipsas honestandas fiant, adeoque jure merito prohibentur in cap. Aliquantum 6. cap. Si quis 9. caus. 26. q. 5. & Sanctus Clemens l. 7. Contr. Apostol. cap. 7. dicit prohibitions ratione reddit, dicens hoc studium ducere ad idololatriam.

Sortes divisoriae, per quas ex consensu partium in dubio discernitur, cui res aliqua tribuenda sit, extra casum electionis ecclesiasticae, sunt licitae: dammodo nihil superstitiosis, aut injustitiae contineant: Has enim sortes divisorias approbavit ipsemet Deus Numer. c. 16. &

17 Nec valet obijcere exemplum de Santo Matthia Apostolo per sortem ad Apostolatum eveho, Act. Apostolorum cap. 1. numer. 26. ibi: "Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis." Non valet, inquam, quia in cap. Non exemplo 4. caus. 26. q. 2. expresse sic habetur: "Non exemplo Matthiae, vel quod Jonas Prophe- ta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum privilegia singulorum (ut Hierony- mus ait), communem legem omnium facere non possint;" Tum quia etiam dicit, quod electio Sancti Mat- thiae non fuerit facta ex speciali privilegio & manifes- tatione, seu revelatione Divinae voluntatis, uti factum fuisse docuerunt Sanctus Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia, S. Hieronymus in c. 1. Jone, & Beda. relat. in cit. cap. Non exemplo Matthiae: Nec ex consuetu- dine sortitione, & simul aliqua signo caelesti visibili, ut voverunt Origenes Homil. 1. in Josue, & S. Augustinus concl. 2. in Psalm. 30. Nec facta fuerit partim consilio proprio, & judicio, & partim auxilio sortium, ut asserit nonnulli: Nec mediate ab Apostolis, & immediate à Deo, ut sustinent alii volentes, quod duplex fuerit electio, mediata scilicet per suffragia, & immediata per sortem, seu voluntatem Dei: Sed facta fuerit talis electio per communem sortem ex usu, & more veteris Testamenti acceptam ab Apostolis, ut defendunt Sanctus Laurentius Justinianus in sermon. de Sancto Matthia, & Abulensis in cap. 7. Josue q. 41. Adhuc tamen non valet hodie tale exemplum ad consolidandas electiones ecclesiasticas factas per sortes, cum ad evitandas fallaciae, fraudes, & astutias in electionibus per sortes oriri solitas, fuerint exposit reprobatae, & damnatae similes electiones per sortes in cit. cap. Ecclesia vestra 3. de sortilegiis, & in cap. Sacras 47. Cod. de Episc. & Clericis, juncto c. Quia propter 42. de elect. (Vid. sup. num. 16.) ubi declaratur irrita, & nulla electio, quomodo sit facta una ex tribus formis ubi assignatis, nempe Scrutiniis, Compromissi, & Inspirations.

Et quidem jure merito fuerunt damnatae, & repro- batae tales ecclesiasticae electiones per sortem, cum sors sit meri casus, seu caeca fortuna, & non liberi arbi-

33. Deuteronom. ac 1. Paralip. cap. 25. §. 26. Sic terra per sortem divisa est; Num. cap. 26. vers. 5. & cap. 33. vers. 54. & c. 36. vers. 2. Deuteronom. cap. 1. vers. 28. & 31. vers. 7. Josue cap. 14. Si capus fuit Jo- nathas; Regem cap. 14. Sic deprehensus Jonas à Nau- tis cum à facie Domini fugeret; Joas. cap. 1. Sic detetur fuit Achan; Josue cap. 7. Sic sorte exiit Zacharias, ut incensum poneret in altari; Luca cap. 1.

Unde videmus in quotidianam praxim deduci has di- visorias sortes tum à Politicis, & Juristis, tum à Cano- nistis, & Theologis, ad terminandas seu declinandas lites, ad dividendas hereditates, & spolia, ad decernenda mu- nera, & officia secularia, & ad multa alia hujusmodi; quae sortes sunt revera licitae, si nihil superstitionis, aut injustitiae contineant: Proverbiorum enim 18. expresse dicitur: Contradictiones comprimit Sors, & inter potentes quoque diffidat.

Per nullam autem sortem fieri possunt electiones ecclesiasticae, cum sic fieri sit expresse prohibitum in c. Ecclesia vestra 3. de sortilegiis, ubi: "Sortis usus in electionibus perpetua prohibitione damnanus, & in l. Sacris 47. Cod. de Episc. & Clericis, ubi: Neque ex sortibus, neque ex fortibus circumstantiis." & con- cordat c. Quia propter 42. de elect. ubi Innocentius III. praescribens modos in electionibus necessario servandos, methodum de mittendis sortibus omnino sinit, & omnes alias eligendi formas praeter tres ubi assignatas, nempe Scrutiniis, Compromissi, & Inspirations, decrevit penitus irritas, ac nullas, ubi: Aliter electio facta non valet: volens insuper quod attentantes eligere contra tres dictas formas ea vice preventur potestate eligendi, ubi: Qui vero contra praescriptas formas eligere attentaverint, eligenti ea vice potestate preventur. Pirhing. l. 5. Decr. tit. 21. num. 8. & seq. Zoestius ib. n. 5. Reiffenst. ib. n. 8. & alii passim (Vid. leg. 17. 18. 19. & 20. tit. 5. Ad rem lex 7. tit. 16. p. 1.)

17 Nec valet obijcere exemplum de Santo Matthia Apostolo per sortem ad Apostolatum eveho, Act. Apostolorum cap. 1. numer. 26. ibi: "Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis." Non valet, inquam, quia in cap. Non exemplo 4. caus. 26. q. 2. expresse sic habetur: "Non exemplo Matthiae, vel quod Jonas Prophe- ta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum privilegia singulorum (ut Hierony- mus ait), communem legem omnium facere non possint;" Tum quia etiam dicit, quod electio Sancti Mat- thiae non fuerit facta ex speciali privilegio & manifes- tatione, seu revelatione Divinae voluntatis, uti factum fuisse docuerunt Sanctus Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia, S. Hieronymus in c. 1. Jone, & Beda. relat. in cit. cap. Non exemplo Matthiae: Nec ex consuetu- dine sortitione, & simul aliqua signo caelesti visibili, ut voverunt Origenes Homil. 1. in Josue, & S. Augustinus concl. 2. in Psalm. 30. Nec facta fuerit partim consilio proprio, & judicio, & partim auxilio sortium, ut asserit nonnulli: Nec mediate ab Apostolis, & immediate à Deo, ut sustinent alii volentes, quod duplex fuerit electio, mediata scilicet per suffragia, & immediata per sortem, seu voluntatem Dei: Sed facta fuerit talis electio per communem sortem ex usu, & more veteris Testamenti acceptam ab Apostolis, ut defendunt Sanctus Laurentius Justinianus in sermon. de Sancto Matthia, & Abulensis in cap. 7. Josue q. 41. Adhuc tamen non valet hodie tale exemplum ad consolidandas electiones ecclesiasticas factas per sortes, cum ad evitandas fallaciae, fraudes, & astutias in electionibus per sortes oriri solitas, fuerint exposit reprobatae, & damnatae similes electiones per sortes in cit. cap. Ecclesia vestra 3. de sortilegiis, & in cap. Sacras 47. Cod. de Episc. & Clericis, juncto c. Quia propter 42. de elect. (Vid. sup. num. 16.) ubi declaratur irrita, & nulla electio, quomodo sit facta una ex tribus formis ubi assignatis, nempe Scrutiniis, Compromissi, & Inspirations.

trii electionis, & virtutis, & dum ignorantioni, & for- titudo casui adheret, saepe iis dimissis, qui sunt vir- tute praediti, eos in mediam producit, qui indigni sunt, ut de illis ulla ratio habeatur, ut recte advertit Sanctus Joannes Chrysostomus Homil. 2. cap. 1. ad Ephe- & alii passim.

Immo neque per sortem lis dirimi potest, etiam si duo omnibus meritis, qualitatibus, virtutibus, ac do- ctibus aequales aequalibus votis electi ad beneficium eccle- siasticum, ambo consentiant in sortem. Sic Glossa. fin. & Abbas in cap. Ecclesia vestra 3. de sortilegiis, Pirhing. lib. 5. Decr. t. 21. num. 10. Zoestius ib. n. 4. Reiffenst. ib. num. 10. & lib. 1. Decr. t. 6. §. 3. num. 63. Miranda t. 2. Manual. Pralatorum. cap. 23. num. 18. Redo. Jus Canon. polit. tom. 1. tit. 9. n. 44. & alii. Et ratio est, quia stan- te aequalitate votorum (quidquid sit de aequalibus Can- didatorum conditionibus) nondum adest ulla electio, cum electio debeat fieri per majorem partem votorum, & non per mediam, seu aequalem partem, ut esset in casu, adeoque talis electio diceretur absolute celebrata per sortem, quod est expresse prohibitum per cit. Jura in cap. Ecclesia vestra 3. de sortileg. l. in Sacris 47. Cod. de Episc. & Cler. juncto c. Quia propter 42. de elect. Unde in tali discordia res per compromissarios determinan- da est, vel adeundus est Superior, qui Electores ad novam electionem, vel concordiam compellat intra cer- tum praefixum tempus, quo sine nova electione, seu concordia elapso, poterit ipse Superior via devolutiva eligere, ut docet Glossa. communiter recepta in cap. Duobus 14. verb. Tenentur, de Rescriptis in 6. Suarez t. 1. de Relig. l. 2. de super. cap. 12. n. 7. Sanchez l. 2. moral. cap. 38. n. 74. Pirhing. l. c. n. 10. Redo. loc. cit. num. 44. & alii. contra Glossam in Rubr. verb. Sor- tes caus. 26. q. 2. ubi tenet posse in tali casu, litem per sortem dirimi, ubi: "Sed quae sunt necessitatis causa, non sunt illicitae, ut si contentio esset de electione aliquorum, & esset paritas utrimque in omnibus, exemplo Matthiae possunt fieri sortes &c." & Garciam p. 5. de Benef. cap. 1. num. 205. & seq. asserentem in certo casu, ac paritate votorum tandem esse deveniendum ad sortes.

Aliae autem lites, & controversiae in causis benefi- cialibus extra casum electionis, licet non possint per sortes dirimi propria, ac privata auctoritate partium, pos- sunt tamen per sortes dirimi interveniente Judicis aucto- ritate. Pirhing. l. cit. num. 14. Suarez l. c. n. 13. & 14. Sanchez l. c. n. 79. & alii.

Et ratio primae partis est, quia si tales lites benefi- ciales per sortes componerentur propria, ac privata auctoritate partium, posset fieri, ut per talem sortem beneficium obtineret qui nullum Canonium, & legitimum titulum haberet contra cap. Beneficium 1. de Reg. jur. in 6. ubi expresse dicitur, quod Beneficium Eccle- siasticum non potest licite sine institutione Canonica obtineri, & contra r. Cum qui unio. de eo, qui mittit in possessionem, ubi prohibetur, ne in litibus beneficiabilibus aliquid fiat, per quod ad beneficia ingressus vitio- sus patere possit, ubi: Ne propter hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus: Nam cum neuter ex litigantibus possit privata sua auctoritate, aut pacto alteri dare legitimum titulum beneficii, nec constet uter litigan- tium habeat justum titulum, ideò stat. grave pericu- lum, ne is, super quem cadit sortis, obineat, & possideat beneficium sine justo titulo. Tum quia talis litis, seu controversiae beneficiialis compositio per sortes nequit fieri sine pacto, & conventionem partium: Omne autem pactum propria, & privata auctoritate initum circa beneficia litigiosa, est Simoniacum cap. ult. de pactis, cap. Quam pio 2. caus. 1. q. 2. & concordat cap. Super eo 7. de trans. cap. Quaesitum 5. de rer. per- mus. cap. Super hoc 6. de renun. cap. Matthaeus 23. de Simonia, cum similibus.

Ratio autem secundae partis, quod nempe lites, & controversiae beneficiales per sortes dirimi possint, in- terveniente Judicis auctoritate, est, quia si partes litigantes super beneficio pactum aliquod, consentien- te, & approbante Judice, ineant, & juxta illud Ju- dex

1. dex sententiam proferat, vigore talis sententiae is, cui a Judice beneficium litigiosum adjudicatum est, illud vere consequitur ex titulo sufficienti, nempe titulo, & auctoritate sententiae Judicialis, ac proinde cessat simonia, & periculum vitiosi ingressus, quia auctoritate Judicis interveniente purgatur utrumque vitium, & Simonia, & vitiosi ingressus; quod utrumque intervenit, non interveniente in tali pacto Judicis auctoritate. Sicque eadem ratione cessabit utrumque periculum, & simonia, & vitiosi ingressus, si pactum de lite beneficii per sortes componenda, interveniente Judicis auctoritate, & approbatione sit initum, adeoque licet dicatur lites, & controversiae beneficiales non possint per sortes dirimi propria, ac privata auctoritate partium, postea tamen per sortes dirimi interveniente Judicis auctoritate & approbatione.

24. De usu sortis in electione canonica aliqua tetigimus in addit. ad verb. Electio art. 1. n. 9. & duob. seg. Hic verò illud accuratius expendendum, an re vera Honorius III. in cap. 3. de Sortileg. in electione canonica omnino improbarit usum sortis.

26. Verba hujus Capituli sunt: *Ecclēsia vestra super Episcopo destituta circa modum electionis diversos incipientes tractatus unum tandem elegistis ex vobis per sortem. Is iterum tres elegit, qui Episcopum Ecclesiae nominarent. Nos tali examinato processu multa reprehensione digna putamus, sortem in talibus perpetua prohibitione damnantes.*

27. Negari sane haud potest, Honorium III. in recitato Capitulo uti verbis valde momentosis adversus sortem.

28. At enim verò plurima occurrunt, quae interpretationem suadent, quod Capitulum hoc intelligi non debeat nisi de sorte divinatoria, conjuncta scilicet cum opinione, Deum sorte reclarum esse electionem.

29. Primum enim, id vult inscriptio totius tituli de Sortilegiis, quo verbo plerumque denotantur Divinatores.

30. Deinde quum alia decreta in c. 4. sequenti conquiritur, quae sortis usum approbant, in dubio certe verba Honorii assumenda sunt de sortis abusu.

31. Tum ipsa decreti historia id fere dicit. Quia Collegae Ecclesiae Lucanae, quum in electione Episcopi inquirere debuissent in merita Candidatorum, omnia cura hac, fiduciam in judicio sortis posuerunt, quod merito illis reprobat Honorius. Si enim sors illorum fuerit lusoria, tum levitas & incuria erat accusanda superstitio, & Religionis nimietas, qua in globulis fiduciam posuerat divinae voluntatis, quum illam quaerere debuissent in usu rationis meritorum virtutumque utriusque Candidati.

34. Neque est, quod dicat aliquis, Lucanos tamen non elegerit ipsam Episcopum judicio sortis, sed tantum Electores, ut adeo pertinere videatur ad genus electionis per compromissum.

35. In promptu enim est responso: *Qui sorte decernit Electores, ille etiam sortis facit Electo;* Neque inter hunc, & casus alios quidquam interest, quam quod sortis usus concurrere possit in electione, vel immediate, vel mediate, vel directe, vel indirecte. Utrumque recte omnino prohibetur. Alia vero est ratio compromissi facti cum judicio, & usu rationis, alia caeca, & superstitiosae sortis. Primum admittunt canones, alterum merito refulent.

37. Ex his non improbabiler sustineri potest, Capitulum 3. loqui non de sorte rationabili, cui praecessit examen Candidatorum, non de lusoria, neque etiam de necessaria, sed de genere sortis superstitiosae, Divinatoriae, temerariae.

38. Eo vel maxime, quod in casu hoc sortis rationabilis metui nequit, ut homo indignus eligatur, quae est ratio, cur commaniter usus sortis improbat. In eo enim Candidati jam fuerunt missi sub examen industriae, virtutis, literarum. Breviter aliud est eligere per sortem, aliud factam electionem judicio sortis definire. Vide *Natalem Alexandri* virum antiquitatum Ecclesiae callentissimum, qui *historiae ecclesiasticae saeculo 1. dissert. 6.* hanc questionem ex instituto resolvit, idque his tandem ver-

bis: "Probat usum sortis, si modo Episcopatus Candidati sint digni, & ita pares, ut vix inter eos sit meritum discrimen. Quia ubi humanae prudentiae iudicium deficit, divina voluntas consulenda, & eius omnia committenda providentiae. Sic inter Antiquos, qui tempore pestis manere debeant, merito sortis usu indagatur, suavore Augustino."

SORTILEGIUM.

SACERDOTES abutentes sacrificio missae ad sortilegia, praeter alias poenas, incurunt insuper perpetuam inhabilitatem ad celebrationem missae, ex decreto Sanctae universalis Inquisitionis edito de mandato Benedicti XIV. Die 5. Augusti 1745.

Alia ad rem, vide infra verb. Superstitio ad num. 33. ad 44.

SPADONES. Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 2. num. 38. 39. & verb. Patria potestas num. 27.

SPATULOMANTIA. Vide verb. Superstitio n. 21.

SPECTACULA.

SPECTACULA invecunda, ut sunt puerorum, & adolescentum nudorum cursus, & lucte, etiamsi longa consuetudine induducte, ne permittantur ab Episcopis, legibusque latis prohibeantur, mandat Benedictus XIV. in encyclica ad Episcopos Campaniae incip. Nihil profecto; Bull. tom. 1. num. 60.

SPES. Vide verb. Virtus ad num. 21. ad 35.

SPICAE.

SPICARUM collectio post absolutam messem pauperibus permittenda indicitur à Benedicto XIV. tom. 1. constitut. 56. incip. Acervi plane Doloris: directa Archiepiscopis, & Episcopis ditionis ecclesiasticae, in qua adducit scripturas, quibus clarius, & luculentius constat agrorum dominos ad exercendum hanc in pauperes liberalitatem Dei ipsius oraculo edoceri. Videlicet *Levitici cap. 19. ibi:* "Cum messueris segetes terrae tuae non tondebis usque ad solum superficiem terrae, nec remanentes spicas colliges: Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes. Ego Dominus Deus vester. Est rursus Deuteronomii cap. 24. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non revertaris, ut tollas illum; sed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris olivarum, quidquid remanserit in arboribus, non revertaris, ut colligas, sed relinques advenae, pupillo, & viduae. Si vindemiaveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus advenae, pupilli, & viduae."

Adducit insuper illud *Ruth. cap. 2.* ubi habetur, eam Socru suae Noemi dixisse; "Vadam in agrum, & colligam spicas, quae fugerint manus metentium, ubicumque elementis in me Patris familias reperero gratiam." Et paulo post in agrum Booz ingressam, spicas collegisse, ibi: "Abit itaque, & colligebat spicas post terga metentium;" Cum vero percontanti Booz quaenam esset illa mulier, Moabitidem esse responderetur, nec deessent, qui testarentur illam à primo mane ad eam usque horam spicas collegisse: "Audi, (inquit) filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco; sed jungere puellis meis, & ubi messuerint, sequere; mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi." Praeterea tantum pii viri animus à contumeliis abfuit, ut eam non colligere tan-

tum reliqas, sed integras spicas metere passus sit, iudens ea de causa Messoribus: *Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam.* Quare cum sese domum Ruth recipisset, & tantam frumenti copiam socru suae ostendisset acceptam; illa memori, ac grato animo collectas fruges Datori censuit referendas, inquit: *Sis benedictus, qui miserus est tui.* Hae ille loc. cit. qui lib. 5. 6. majori, quo potest, paterna caritatis sensu hortatur, & obtestatur, ut Episcopi causam pauperum, quae causa Dei est, omni ope, & conatu tueantur, & in suam veluti clientelam suscipientes pauperes, dignum pietate sua zelum exhibeant, suis primum vocibus, & exhortationibus, ac mandatis etiam in singulis diocessibus suarum parochiis inter missarum solemniam evulgandis commendetur egenorum causa, agnoscatque populus, quam turpe, ac christiano nomini indecorum sit messe jam absoluta, pauperes ab agri finibus amoveri. Potissimum verò intelligant agrorum domini colligendarum spicarum morem immaturo consilio sublatum fuisse in iis locis, in quibus diuturno usu jam invaluerat, ibique restitui omnino oportere. Ubi vero hae consuetudo recepta adhuc non sit, pro viribus inducatur in solatium egenorum, qui gravi saltem, si non extrema, laborant inopia, quique in difficultium temporum angustiis magis magisque concutiuntur. Sic idem in laudata constitutione, *Acerbi plane doloris.*

Spicarum egenis collectoribus permittitur sine alio libera extractio quocumque tempore in ditione ecclesiastica etiam extra statum ecclesiasticum. Idem tom. 2. constit. 53. incip. Quo die num. 11. **

(Hae doctrina in hispania servatur: vid. leg. 4. tit. 5. lib. 7. Ord. Reg. & 5. tit. 11. lib. 7. Recop. Cast. In eis, quod magna oriebatur detrimenta, dum collectio fiebat spicarum, à messoribus relictarum, nam mulieres spicilegium facientes ex manipulo acervo agro demerso frumenta non destituta accipiunt, fuit decretum, praeter operarios, messorumve conjuges & quae mercede ad recollectionem conduci valent, à ceteris colligi posse: adeo ut, si ulla notetur contraventio, tamquam ex furto acceptum restituendum.

Hic non quiescit animus, quia tam minima adnotatione (vid. lit. F. pag. 132. col. 2.) contentus evasi: venit tunc mihi in mentem, non facile posse omnia, in cultura augmentum determinata, ad unum reducere, quippe, mei muneris quamvis sit proprium, decisionum expeditarum non oblivescendi, aliqua praemanibus forte non haberentur: nihilominus hodie idem contingat, ut major sit asserti comprobatio, postquam textus omnes & in remissionibus ibi contenti adamussim recognoscantur, memoria non elabatur: :

Quam praecedentibus aetatibus agriculturae exercitium appetibile esset, omnibus patet, siquidem alimoniam absque eo nancisci haud poteramus: (leg. 3. tit. 10. p. 2. ibi: é ninguno sin ellos non puede vivir: vid. eam) quamobrem magni apud omnes aestimationem obtinuit, ideò pro his rebus, quae colendi ruris gratia vehuntur, in locumque domicilii transportantur, nec Portorium vulgò *Portazgo* exigebatur, (leg. 5. tit. 7. p. 5. Ad rem lit. G. pag. 148. col. 1.) dummodo negotiationis causa ne portentur, etenim solitae praestationi subjiciuntur, si ita sit.

Nihil sic demirandum, si quantum in ejus incrementum fuerit meditatum, tanti sit facta concessio; privilegia foeti pecorum indulta, utpote etiam ex eo cultura pendet, melius omniter quam notoria memorare (leg. 1. tit. 14. lib. 3. Recop. Castell. vid. pag. 74. lit. P) convenire videtur: ut agricolae lucrifacerent, prout obiectum eandem culturam conservandi, in contemplationem semper venit: ideò gratiae eorum personis, aratorum instrumentis, fructibus, pecoribus seu armentis ad terram proscriendam necessariis, nemini (vid. adnotata lit. H. pag. 240. col. 2. lit. S. pag. 287. col. 2. Ad rem lit. R. pag. 188. col. 1. in add. hisp. nov. etiamque Reg. Inst. 4. jul. anno 1770. cap. 66. in unica contributionis stabilimentum, quae idem pene decernit ac lex 25. & 29. tit. 21. lib. 4. Recop. Cast.) colantur: lex (est 9. §. 1. 10. & 12. tit. 19. lib. 6. ejusd. Recop.) intra oppida

vehiculis, aut rhedis, venia nisi regia-obtenta, uti prisca temporibus non permittens, agriculatores certa jugera serentes non comprehendebat, qua de causa per quemcumque locum extra Curiam regiam eis iter facere erat concessum; in taxa frumenti, ceterarumque specierum abrogatione, hodie aliqua (lit. B. pag. 232. in add. hisp.) novitas advertitur: licet, jam regnantibus D. D. Philippo III. ejusque Filio, esset lex promulgata, per quam utri agricolae voluerint (eis dumtaxat leg. 13. tit. 25. lib. 5. Recop. Cast. erat permissum) granorum venditionem efficere valerent, discriminis ratio tempus inter utrumque apparet, quia hodie taxa abolitio est generalis, per consequens libertas emendi, & vendendi eadem species tam agricolis quam vassallis ceteris laicis determinata; alia ad terrarum communium seu populorum distributionem disposita, (vid. Reg. Schd. 2. Maj. anno 1766. Reg. Prov. 29. Nov. anno 1767. 11. April. anno 1768. ac Reg. Prov. 26. Maj. an. 1770. vid. quoque lit. L. pag. 322. & 323. in add. hisp.) novam regulam constituentia, mente retineantur: omnia in cultura, ejusque augmenti beneficium provisiva, atque in quantum possit, nullum eidem detrimentum inferatur: vicinorum status debet attendi, & gradatim inter eosdem terrae partiuntur: colonis quibus terrae ad colendum deficiant, dummodo juga eis aliqua fuerint, in divisione primum auxilium praestatur: obtinent secundum, cum miserie levamen, mendicitatisque deportatio hujusce distributionis sit etiam primum obiectum, terram ligone effodientes: pensio assignatur pro earum usu, quae qualitati agri erit consentanea, aut nulla, ubi sic esset consuetudine susceptum, ita ut, si annalis ejus solutionis, vel per idem tempus detur cultura defectus, sors amittitur, partitioneque sequenti includitur: exteri, nisi vicini necessaria sibi habuerint, numquam admittendi: si aliqua jugera supersunt, inter agriculatores eadem gradatione distributio fiet, nullusque poterit in alium suam sortem transferre, neque locare; dominis particularibus praediorum, transacto contractus termino, conceditur suos fundos quomodo possint, conducere: uterque tam dominus quam colonus in obligatione sunt constituti, dum annus ultimus locationis incipit, de cessatione in cultura, aut contractus dissolutione invicem se commo- nendi: si ita non fiat, per sequentem annum obligatio continuatur, nec conductoribus manutationis causa in terrarum usu actio conceditur; nihilominus dicta potestas praediorum dominis fuerit reservata, a posteriori, & posteriori tempore in parem, & absolute alicuius coactionibus potita est: *In regis Provis. 18. Maii anno 1764. 20. Decemb. anno 1768. ac Reg. Schd. 6. Decemb. anno 1785.* limitationes similes reperiuntur: videatur ad primam lit. E. pag. 223. col. 1. prope med. vers. Recognoscere: : ita etiam fit exceptio in §. 9. ejusd. Reg. Provis. anno 1770. justissime (justitia plenum non potest quin sit imperantis praecipuum) fuit determinatum: cum pene domini, propter utile, plenissimumque jus utendi ac fruendi quod in haeredem & quemlibet alium licet transferre, considerentur, spolia pati non debebant praecipue cum hoc jus ab incultis & sterilibus agris, colonum propter sumptus non habentibus, originem traxerit: ideò necessarium fuit, in perpetuum, aut bene longum tempus locari, modica pensione, quae veri domini memoriam conservaret: quis non demirabitur, hosce possessores suis nunc possessionibus, tunc desertis, nullum fructum afferentibus, sudore atque ipsorum impensis in culturam redactis, tantum directorum dominorum voluntate nudari, quando proventus, & utilitates evenire possunt, & coloni lucrum accipere? hoc proprie, mi videtur, non est cum alterius jactura locupletari, quod omni (lit. A. pag. 110. numer. 83. & lit. D. pag. 106. m. 85.) jure prohibetur? si hujusmodi agricolatores ignavè se gessissent, terra absudbio inculca permanisset, & tunc dominus nec pensione potiretur: quare, dum ea solvitur, nulla erit justa causa inveniendi, ob quam debeant spoliarì; per secundam, cum inter Conductores terrarum, atque pasuorum praecipue Salmantini, Mirobrigensis, aliarumque civitatum territorii cultores, ac ejus dominos magna esset orta disceptatio, quia

quia radix omnium malorum (lit. A pag. 250. col. 2.) cupiditas, ac dominorum præpotentia in necessitate illos constituebant, vel culturam, atque prædiorum melioramenta deserendi, aut locationes summo afficiendi pretio, hinc morbo Castellæ Supremus Senatus occurrere volens, medellam adhibuit, præcipiendum, non solum prædictos colonos, dictam terram tenentes, verum etiam ceteros hujus peninsula incolas, ab ea, & locatis pascuis spoliari non debere: per tertium quid novum videtur decerni: fit mentio (lit. M pag. 1. col. 2.) instructio-num hisce temporibus promulgatarum jurium provincialium exactationem versus: dum earum prima 21. Septemb. anni ejusd. 1785. fuit publicata, fraus, quæ à prædiorum dominis, quominus benefica regia voluntas effectum sortiretur, obijci poterat, in mentem venit; quod quidem malum ad præcavendum regia dicta ordinatio est expedita, à qua præcipitur, ne in eorum locationibus, adhuc subsistentibus, ulla novitas fieret, nec in harum astimatione: si stipulationes aliquæ in ejus incrementum intercesserint, vel ut coloni oneribus, ad quæ proprietarii teneantur, se subjiciant, nullam afferunt utilitatem, nam imposita ab ipsis sunt solvenda: ceterum elapso termino, in contractu præfixo, actio proprietarii non extinguitur, nam, si mercedis incrementum seu augmentum intenditur, peritorum judicio per ordinarium iudicem summarie procedatur, & pronuntietur: si super rerum in Conductione contentarum abusu conventive defectu, per eundem cognoscatur: cujus providentia, illico executæ, apud Provinciam (vid. lit. J pag. 318. col. 1. prope med.) Intendentem fieri reclamatio poterit, & cum Advocato Assessore judicium, omni appellationi aditu præcluso, terminabitur; si alicujus considerationis fuerit orta discussio, supremus Castellæ Senatus, reliquæ superiora territorii tribunalia, sollicitatione partium absque præcedentis determinationis suspensione suam possunt interponere auctoritatem: verum tamen dominis volentibus prætextu per se prædia colendi conductores spoliare, nisi in eis agricultorum qualitas cum pecoribus ad laborem necessariis antea inveniatur, atque eodem tempore in territorio, ubi fundi reperiuntur, præcisam habeant residentiam, spoliis non erit locus: Si hæc decisiones conferantur, præsertim anni 1768. & 1785. videtur in quantum ad spolia spectat, nullum dari discrimen, eo quod in omnes hujus peninsulae provincias fuit extensa spoliis prohibitio, per consequens circa hoc nulla novitas per novissimam statuitur; sed literalis illius expressione attenda, quamvis prædicta extensio videretur absoluta, circumscripta ad veritatem ad territoria de antiquo tempore ab eisdem, & eorum successoribus exulta, & sæpè apud in melioratum statum revocata: altera verò ann. 1785. locationis & conductionis contractus hujus naturæ omnes comprehendit. Reg. Sched. 27. April. ann. 1771. huc etiam spectat, utpote in idem tendit objectum, vid. lit. V pag. 117. col. 2. vers. Variæ querellæ: Non est despicienda Regia Præmatica 16. Septemb. ann. 1784. expedita, quæ 1. Octob. proxime seq. publicationem meruit, vid. lit. V pag. 116. col. 2. vers. In columbas: Quoque memorie demandantur Reg. Sched. 1. Februar. Regiaque Præmatica 9. Novemb. ann. 1785. In illa præscribitur dictæ legis 15. tit. 25. lib. 5. Recop. Cast. (vid. lit. E pag. in add. hisp.) observantia, omnino susinenda super librorum conservatione versus eos qui frumentariæ negotiationi studuerint: (vid. proxime Reg. Sched. 20. August. ann. 1768.) novum decernitur mandatum, quia prohibetur imposterum ad granorum collectionem (de decimalibus loquitur) illum Subcollectorem nominari, sive ad R. Sanctæ Cruciatæ Commissarium iri propositum qui hujusmodi commercio se immixxerit: hac immixtionis animadversa, in recollectione supersederit munereque vacabit: In reg. præmatica, tamquam in eundem etiam finem (agriculturæ incrementum) tendente, intra oppida, & communis deflectionis loca (à iudicibus Ordinariis fiet limitum divisio & distinctio) rhedis, cartis, sive vehiculis uti nisi uno tantum jugo nemini licet, hoc est, bigæ permittuntur: regia domus ab ista prohibitione sunt exceptæ: currus, & rhedæ,

merces ultro, citroque transportantes, per itineraque cursum facientes eandem patiuntur exceptionem: tantorum agitati sub eadem cadit prohibitio, ita ut licentia nisi præcedente, agitari non valeant: contra-ventores primi casus multa quinquaginta ducatorum plectuntur, pro secunda duplicatur, pro tertia verò equorum, ceterorumque animalium, numerum præfinitum excedentum amissione afficiuntur: forma ordinaria in qualibet contraventione multas easdem applicando. Eadem datur exceptio, dum sacram synaxim paschali tempore, morbo perpetuo laborantibus, sive in gravi ægritudine constitutis deferre intenditur: quippe illi, Consilii Supremi Castellæ D. Gubernatoris prævia notitia, & istic, venia Prætoris nostro idioma *Alcalde del Quarte* in scriptis obrenta, (denegari nequit) uti omni potest apparatu; ita per reg. resol. 31. Mart. 1786. decisum advenerit. (Vid. verb. Viaticum.)

Præterea, pro coronide præsentis de agricultura gratis concessis tractatus, quantoque studio ejus fuerit modis omnibus conatum augmentum, tamquam hispaniæ basis, & divinarum fulcrum, quibus facile poterit in hujus rei venere cognitionem, si memorie non solum commendatur quod in constitutionibus Societatum aut Deputatarum sub regia protectione. (Vid. *Enchyridion*. lingua vernacula *Guia de Forasteros*) erectarum præscribitur, verum etiam quæ veteri ac hodierno tempore erga locustæ interfectionem præventa reperiuntur: noxium hoc animal, quacumque iter facit, omnia vastat, perdit segetes, gravidamque destruit terram: si nulla medella huic calamitati adhiberetur, agricola quid lucri consequeretur, postquam suos labores consumptos viderint? Cultura abs dubio maximam diminutionem patietur, quia si ejus impensæ nullum fructum adferunt, quomodo successivis temporibus tanta cum pernicie honestam inibunt vivendi rationem, atque prosequantur? Si necessitas, & indigentia genus, ingenium, voluntatemque plerumque pervertant, (faciunt ut homines non faciendæ faciunt) quid sperandum fore, ut de terra tam lucrosa compendium sectetur? terra deserta, & inculta permaneret, ideo lui simili mederi fuit visum necessarium, propterea quod regulæ stabilitæ, satque undique ad locustarum exterminium ab Athæneo Hispaniæ Sapientie, videlicet Supremo Castellæ Consilio (Selecti viri ad cetera tribunalia etiam providentur) inveniuntur cogitata: tempora, & loca, quibus ova parantur, & seminationes efficiunt, assignantur: haud secus quando animationem, ac incrementum accipiunt: præveniuntur omnia, ut plaga hæcine vires amittat, ulteriusque non progrediatur: juxta tempora signata, Scilicet ovationis, animationis, & volatus remedia præparantur salutifera, opportune apposita: nil prætermittitur quod in eorum stragem fuerit meditatum: unde ad hujusmodi operationem expensæ deducendæ designantur: omnes etsi in ecclesiasticum cœrum cooptati contributionem non effugiunt vulgo de *Proprios* (Ad rem lit. B pag. 411. in add. hisp. num. 2. & 3. lit. C pag. 185. num. 2.) pecuniis deficientibus: ultimate in majorem hujusce materis claritatem varii articuli additi fuerunt: quibus omnibus præmeditatis, nullus, qui exterminio earumdem operam dederit, poterit ab obligatione deflectere: & agricultura prædictis fomentum, Deo propitio, consequetur.

(Vid. tit. 14. lib. 4. Recop. I. in quo de borreis publicis tractatur.)

SPIRITUS SANCTUS.

***SPIRITUS SANCTI processio à Patre, & Filio est vere credenda. Benedic. XIV. tom. 1. constit. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 1. Etsi autem Græci teneantur credere etiam à Filio Spiritum Sanctum procedere, non tamen tenentur in Symbolo pronuntiare. Unde particula *Filioque* in Symbolo omitti potest à Græcis. Idem *ibidem*. Non tamen ab Albanensibus, qui eam recitare

con-

consequerunt: Idem *ib.* Nec ab Italo-Græcis, si à loco-Ordinariis, vel ob suspicionem hæresis, vel ob scandalum, vel ob aliam causam, requisiti fuerint; tunc enim particulam illam *Filioque* in symbolo pronuntiare tenentur. Idem *ib.*

53 Spiritus Sancti Imagines sub humana juvenis forma damnantur, & prohibentur. Idem Const. 145. incip. *Solicitudini* §. 10. 23. 33. ad 37. Spiritus Sancti tamen Imagines in forma columbæ approbantur, & permittuntur. Idem *ib.* §. 16. ad 20. & 36. Item in figura linguarum ignis ubi representatur mysterium Pentecostes. Idem *ib.* §. 21. & 36. Vid. verb. Imagines.

SPOLIATOR, SPOLIATUS.

SUMMARIUM.

- 1 **S**POLIATOR quis dicatur.
- 2 Spoliatus quis sit.
- 3 Primum remedium, quod habet spoliatus ad recuperandam possessionem, est Interdictum Unde vi, & quid importet.
- 4 Dicitur remedium, seu Beneficium, vel Interdictum Unde vi, quibus, & adversus quos competat.
- 5 Secundum remedium est *Condictio ex cap. Sæpe* 18. de restitutione spoliatorum & quid importet.
- 6 Tertium remedium est *Condictio ex cap. Redintegranda* 3. caus. 3. q. 1. & quid importet.
- 7 Quartum remedium est *Condictio ex l. Invasor* 5. Cod. Unde vi, & quid importet.
- 8 Quintum remedium est *Condictio ex l. Si quis in tantam* 7. Cod. Unde vi, & quid importet.
- 9 Sextum remedium est *Condictio ex l. Cum quærebatur* 11. Cod. Unde vi, & quid importet.
- 10 Septimum remedium est *Condictio ex l. Extrat ff. De iis, quæ vi, metus causa, & quid importet.*
- 11 Octavum remedium habetur ex officio Judicis, & quid importet.
- 12 Ut spoliatus ante omnia sit restituendus, quid probare debeat.
- 13 *Dicta Regula*, Spoliatus ante omnia est restituendus, procedit, non solum quando quis vi, vel clam fuit spoliatus à privato, sed etiam quando quis est spoliatus à suo Prælato, seu Judice extrajudicialiter, seu non servato Juris ordine.
- 14 *Regula illa* Spoliatus ante omnia est restituendus, fallit primo, quando spoliator consentit, ut spoliator ante restitutionem super proprietate rei sibi competente audiat.
- 15 Secundo quando notorium est, quod proprietate rei spoliata non pertinet ad ipsum spoliatum, sed ad spoliatorem.
- 16 Tertio quando spoliatus ante factam suam spoliationem libere renuntiavit dominio rei spoliatae.
- 17 Quarto quando spoliatus post spoliationem cum spoliatore pactum inivit, vel juravit sponte, quod non lit agere possessorio recuperanda.
- 18 Simile autem pactum inivum cum spoliatore ante spoliationem non valet.
- 19 *Mulier propria auctoritate sub prætextu impedimenti à marito se separans, si que cum possessione spoliatis, si non habet probationes incontinenti paratas ad probandum impedimentum dirimens Matrimonium, est plenarie restituenda marito, & quoad cohabitationem, & quoad thorum, donec ipsa probationes offerat preparatas.*
- 20 Si vero tanta esset viri cavitas, ut mulieri trepidanti non posset sufficiens securitas provideri, tunc non solum non esset ei restituenda, sed ab eo potius remouenda. Et est contra si possit dici mulieri sufficiens securitas provideri, est ipsa ante causæ cognitionem restituenda marito.
- 21 Spoliator violentus restituere debet spoliato non solum rem ablatam, sed etiam cum ipsa omnes fructus, tum extantes, tum consumptos, immo etiam illos, quos

non percepit, & prior possessor spoliatus percipere poterit, si suam possessionem continuaverit.

- 22 Unde antequam dictus spoliator audiat super præsentia rei ablata proprietate, est restituendus spoliatus, non solum in pristinam possessionem liberam, ut antea; sed etiam ad omne id, quod sive ratione fructuum non perceptorum, sive ratione facturarum expensarum amisit, & damnnum passus est.
- 23 Nec talis spoliator excipere potest contra spoliatum per objectionem criminis.
- 24 Nisi tamen opponatur talis criminis exceptio, que personam spoliati reddat inhabilem ad agendum, ut est Excommunicatio.
- 25 In Civilibus non admittitur spoliationis exceptio facta ab alio, quam ab Actore.
- 26 In Criminalibus autem admittitur spoliationis exceptio, etiam à quocumque tertio facta, dummodo fiat intra quindecim dies, & sit de tota substantia, vel majori parte.
- 27 Spoliatus excipiens spoliationem factam à tertio intra certum tempus à Judice statuendum, debet petere restitutionem, aliàs non jurat exceptio.
- 28 Agenti super rebus ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum: Vel è converso.
- 29 Addition. inseruntur.

SPOLIATOR hic dicitur quicumque, sive privatus, sive Judex alium vi, vel clam extrajudicialiter, & non servato Juris ordine, de possessione alicujus rei, seu Juris ejicit, aut aliàs injuste privat, seu spoliatur. Ita in re Communis; arg. cap. Conquerente 7. de restitutione spoliatorum, cum aliis similibus, & tot. tit. ff. de vi, & de vi armata, & Cod. Unde vi.

Spoliatus è contra dicitur, qui vi, vel clam à quocumque privato, sive Judice extrajudicialiter, & non servato Juris ordine, de possessione alicujus rei, seu Juris, est ejectus, aut aliàs injuste privat, seu spoliatus. Sic in re Communis, arg. cit. cap. Conquerente 7. de restit. spoliatorum, cum aliis similibus, tot. tit. ff. de vi, & vi armata, & Cod. Unde vi.

Remedia Juris præcipua, quæ habet spoliatus ad recuperandam possessionem, sunt sequentia. Primum remedium est Interdictum Unde vi, sic dictum à primis verbis Prætoris illud proponentis in l. Prætor ait 1. ff. de vi, & vi armata, ibi: Unde tu illum vi deiecit, per quod Interdictum duo statuuntur in favorem spoliati: Primo scilicet, ut spoliatus ante omnia restituatur in pristinam possessionem, ita ut spoliator volens agere, aut probare proprietatem rei ablata, non sit audiendus, nisi prius rem ablatam restituerit, etiam prædoni; c. In literis 5. de restitutione spoliatorum, & cap. Super Spoliatione 4. de ord. Cognit. Et secundo, ut spoliatus restituatur ad totam causam, id est, non solum in pristinam possessionem liberam, ut antea; arg. cap. Pisani 19. §. Porro, de restitutione spoliatorum, sed etiam ad omne id, quod ibi amisit, licet ad spoliatorem nihil pervenerit, l. Præter art. 1. §. 1. ff. de vi, & vi armata, l. Si de possessione 4. Cod. Unde vi, c. Redintegranda 3. caus. 3. q. 1. c. Gravis 11. de restit. spoliatorum. Et hoc jure merito in odium spoliationis: Clementin. unic. de causa possess. & propriet.

Dictum beneficium, seu Interdictum Unde vi competit ei soli, & omni, qui vere deiecit est, sive sit dominus directus, sive utilis, sive non sit dominus, ut Prædo; item hæredibus, eorumque successoribus adversus omnes, qui per se, vel per alium spoliaverunt, aut spoliationem demandant, aut spoliationem suo nomine factam ratificaverunt; c. Cum ad Sedem 15. de restitutione spoliatorum, & Glossa communiter recepta *ibidem* verb. Interdictum Unde vi, cum pluribus Juribus ibi citatis.

Secundum remedium recuperandæ possessionis est *Condictio ex cap. Sæpe* 18. de restitutione spoliatorum, ratione cujus spoliatus potest agere contra quicumque tertium possessorem, qui rem invasam scienter recipit, ita ut ille cogatur rem ablatam restituere, quamvis spoliatus non probaverit ejus proprietatem, sed dumtaxat

Ccc

spo-